



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An professus ejectus per sententiam in perpetuum teneatur redire ad religionem suam, vel ingredi aliam, & ad hoc compelli possit?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

§. III.

An professus eiectus per sententiam in perpetuum teneatur redire ad religionem suam, vel ingredi aliam, & ad hoc compelli possit?

Qui ob crimen eiectus est, obligatus quidem est in conscientia, ut se corrigat, & correctus iterum petat in ordinem suscipi, & ad redeundum à suis superioribus cogi potest, prout colligitur ex c. ult. h. t. ubi excommunicati posse dicitur eum, qui eiectus redire non vult, & probatur ex obligatione votorum substantialium religionis, à qua non deobligatur. Quod si tamen emendatus, & reditum sincerè desiderans,

ac petens à sua religione non accipiatur, non tenetur aliam ingredi, potest in sæculo permanere, vel ad laxiorem religionem transire (tamen per ipsum non fiet, quò minus suam religionem revertatur, & quatenus nulla illius culpa est, in sæculo maneat, vel ad laxiorem religionem transeat) nisi sub ea conditione eiectus sit, ut ad aliam religionem transeat, & hanc conditionem implerè tãstet; quo in casu ad hanc religionem ingrediendam compelli etiam potest suo superiore, à quo sub hac conditione, ab illo acceptatâ, eiectus fuerit.

TITULUS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIUGATORUM.

§. I.

Qua conditiones requirantur, ut conjux post matrimonium consummatum licitè possit religionem ingredi.

Non negatur quidem conjugibus in matrimonio constitutis converti ad religionem, & eam ingredi, ut licitè tamen hæc conversio fiat, certæ quædam de jure communi conditiones requiruntur: & quidem post consummatum matrimonium, ut conjux possit licitè in religione profiteri, debet habere ad hoc licentiam ab altera parte; &

debet hæc, si senex sit, & etiam si continentie periculum, juxta Episcopi iudicium, in sæculo permanente continentie votum facere, vel non facere, sit, aut sit incontinentie periculum, si senex non sit, & ipsa in religione aliquam partem habeat, prout statuitur c. Præterea i. c. de conjugatis c. uxoris 8. c. ad Apostolicam significavit 18. h. t. cum mutatio status debeat velut una carnis pars, si senex illa pars sit, quæ in sacramento continentie obligat, & absit incontinentie periculum, si ante professionem ex novitatu v. g. ad sæculum redeat, ad unum